

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6882

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Eynsham, Sainte-Marie (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1156-1161]

**Lieu d'émission :** Rouen

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye d'Eynsham.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CXCVIII, t. 1, p. 331-333.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 332.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus hominibus et fidelibus suis totius Anglia#, Francis et Anglis, salutem.

Sciatis me concessisse et carta mea presenti confirmasse abbati# de Einegsham quicquid datum est ei rationabiliter, videlicet: villam de Einegsham cum omnibus pertinentiis ejus, et Rolindricd., cum omnibus pertinentiis ejus, et Schiford. similiter, et in Gloec[estre]sir[a] Micheletunam cum pertinentiis suis ; et in Oxeneford[a] #cclesiam Sanct# Ebb# cum omnibus pertinentiis ejus, et duo molendina juxta Oxineford[am], et prata et quicquid Robertus Lincolniensis episcopus dedit pro commutatione Newerc. et Stowie, videlicet Cerlebiriam, ita solidam et quietam ut episcopus Robertus tenuit, in bosco et plano, et in omnibus pertinentiis ejus ; similiter Stoches cum omnibus pertinentiis, similiter Wdecotam cum silva qu# ad eam pertinet ; et in Cantebrugesir[a], in Histona, XV. hidam et tres virgatas terr#, et decimam de Thama, in annonae, in pecudibus et lana et caseis, et unum bordarium cum duabus acris, et decimam de Banneber. et de Croperia cum bordariis ; similiter Middelton# decimam, et decimam cer# altaris de Stowa ; et ex dono Nigelli de Oill. unam hidam terr# quam tenebat de #cclesia de Einegsham et clamavit quietam concessu Roberti predicti Lincolniensis episcopi ; et ex dono ejusdem tres hidam et dimidiam in Midelcumba. Ex dono Ric[ardi] de Graio, decimam de Darneford. et de Widel. et de Cornewell., videlicet omnium illorum qu# ad easdem villas pertinent, tam de annonae quam de lana et caseis et ceteris pecuniis. Ex dono Rogeri de Kesneto decimam terr# su# de Ministr. et de tota lana sua de Oxinefordesir[a]. Ex dono Gisleberti Basset decimam de Stratona, videlicet duas partes et de tota lana sua et caseis de tota terra sua. Ex dono Radulfi

Basset decimam suam de una hida de Estlaia, et de tota lana sua. Ex dono Roberti Filii Walquelini totam decimam suam de Wicheham. Ex dono Gaufridi de Croper duas partes decim# su#. Ex dono Ricardi de Newerc. duas partes decim# su# de Claindona. Ex dono Willelmi Filii Nigelli unam domum in Oxeneford[a]. Ex dono Hardine de Oxeneford[a] duas domos, unam intra burgum et aliam extra. Ex dono Gisleberti de Almereio unam domum extra burgum, excepta consuetudine regia. Ex dono Willelmi Filii Bernardi decimam suam. Hec autem abbatia tota est in manu et potestate Lincolnensis episcopi constituendi abbatem canonice, consilio et assensu regis. Quare volo et firmiter precipio quod abbatia predicta habeat et teneat hec predicta bene et in pace, et honorifice et integre et libere et quiete, et episcopus Lincolnensis habeat eandem libertatem et dignitatem constituendi abbatem in eadem abbatia, consilio et assensu regio, sicut carta H. regis avi mei testatur, quam vidi oculis meis.

Testibus : Rotr[odo] Ebroicensi, Arnulfo Lexoviensi, Philippo Baiocensi, Hilario Cicestrensi, Frog[erio] Sagiensi episcopis, Thoma cancellario, Willelmo Filio Hamonis, Willelmo de Kesneto, Man[assero] Biset dapifero, Ricardo de Humet constabulario, Joselino de Baillol, Stephano de Belcampo, Roberto de Donstanvilla.

Apud Rotomagum.